7
234
ACAD. LUGD. BAT. BIBL.

Summo Viro
NICOLAO HEINSIO
C. H. Z.
S.

Quando tam tui iniquus arbiter esse pergis, ut videri velis
opus habere me consultore circa ipsam rem Poeticam, cuius
diu principatum tenes, etiam jure haereditario; ecce te
Epigrammate in Rutilium decurtando quid sentiam. —
Aperte loquar et qua me libertate uti pateris. Totis quinque
postremis distichis carere posses non incommode, utpote
anterioribus non usque paribus; nisi esset illud à fine
tertium, Naufragus hunc. quod ego insertum velim ante
quartum hoc, In titulos. ut isto, Maxima quod. totum
Poematium absolveres. Zelhemius non paulo me morosior
haesitat in quinto, et satis se capere negat qui dicantur
sol et Oceanus non capere manum palmis gravidam.
Si hoc tibi quoque μεταφορικώτερον videri possit, tolli
queat sine detrimento caeterorum. Sic nugati sumus.
Tu de dictis nihil dictum puta, et quae desideravimus, et
multum Vale vir amicissime. Hagae XI. Mart. CIƆIƆCLXXIX.

Libros tuos de Vita
propria diu est quod ad umbilicum
duxi. quantum limandis et poliendis
otii et operae impendendum habeam, ut te lectorem
ferant, vix video.

Burm. F. 6.a
© Universiteitsbibliotheek Leiden
BURF F 6 a
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/7109

© Universiteitsbibliotheek Leiden
BURF F 6 a
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/7109

© Universiteitsbibliotheek Leiden
BURF F 6 a
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/7109

Myn Heere

Myn Heere N. Heinsius

tot

Vianen.

port van utrecht

© Universiteitsbibliotheek Leiden
BURF F 6 a
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/7109